



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio LXXIV. Suntne etiam infantes baptizandi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

QVÆSTIO LXXIV.

Suntne etiam infantes baptizandi?

RESP. Omnino, idque necessitate *medij & precepti*. Nam cum æque ac adulti ad fœdus^a & Ecclesiam Dei pertineant^b; cumque ijs per sanguinem Christi, remissio *† peccati originalis*, & Spiritus Sanctus, fidei effector, non minus quam adultis promittatur^c; per Baptismum Ecclesie Dei inserendi sunt, & ab infidelium liberis discernendi. Itidem *fermè* ut in veteri fœdere per Circumcisionem fiebat^d *typice*: cut in nouo fœdere substitutus est Baptismus^e; *gratiam efficienter conferens, ut instrumentum, non ut merum signum.*

^a Gen. 17. 7. 1. Cor. 7. 14. ^b Marc. 10. 14. 13. 16. ^c Act. 2. 38. 39. ^d Gen. 17. 12. 11. Col. 2. 11. 12.

RESP. Quod Christus me atque omnes fideles de hoc *† transubstantia. † fracto* pane edere, & de poculo *realis sanguinis* distributo bibere iussit in sui memoriam^a, addita hac promissione, *non personali, sed tantum generali*; Primum, Corpus suum non minus certo pro me *& omnibus* in cruce oblatum & fractum, & Sanguinem suum pro me *& omnibus* tusum esse; quam oculis cerno, *† specierum panis † panem* Domini mihi frangi, & ** Calicem be. * poculum* *mediationis* mihi communicari^b: Deinde, animam meam non minus certo, *& realiter* ipsius Corpore, quod pro nobis crucifixum, & Sanguine, qui pro nobis tusus est; ad vitam æternam ab ipso *Sacramentaliter* pasci, quam *transubstantiatum* panem & vinum, symbola Corporis & Sanguinis Domini *& significantia, & efficientia gratiam*, è manu ministri accepta, ore corporis *& cordis* percipio^c.

^a In quaestion. 77. ^b In quaestion. 77. ^c In quaestion. 77.

DE COENA DOMINI.

DOMINICA XXVIII.

QVÆSTIO LXXV.

Quâ ratione in cœnâ Domini cibaris, admoneris, & confirmaris, te realiter unici illius sacrificij Christi in cruce oblatis, atque omnium eius bonorum participem esse?

QVÆSTIO LXXVI.

Quid est crucifixum Corpus Christi edere, & fustum eius Sanguinem bibere?

RESP. Est, non tantum totam passionem & mortem Christi certa *† cum fide ac spe* amplecti, ac per id *† animi fiducia* in S. Synaxi remissionem peccatorum *venialium*, robur & vitam æternam adipisci^a posse: sed etiam in usu digno *Eucharistie* per Spiritum San-

S s etum,